

25
1770, 28.
QVAESTIO CONTROVERSA

A N

**IN CONDICTIONE INDEBI-
TI VSVRARVM RATIO HA-
BENDA**

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XII. MAI. ANNO CICCIICCLXX.

P V B L I C E D E F E N D E T

CHRISTIANVS AVGVSTVS KOEPPEL

WVRZENS. MISN.

L I P S I A E
L I T E R I S R V M P F I I S



QADESTIO CONTRAVERSA

IN CONSIDERATIONE
ANONIMI AURELIUS ET
A SONDA

ANONYMO MUNICIPIA
CIVITATIS

D C P D I N Q B E S T R U C T I O N E

ANONIMI AURELIUS ET
A SONDA

O N T O R Y P E T R I N O

ANONIMI AURELIUS ET
A SONDA

G E R M A N I A S V A G A S T A S K O E L F E

L I P S I A E

M I L E S I C E V A N D E R I



AN

IN CONDICTIONE INDEBITI VSVRARVM RATIO HABENDA.

§. I.

Vulgo aiunt eruditi, in negotiis stricti iuris vsuras haud peti posse ex mora, nisi exigantur ex stipulatu. Quapropter plerumque criterium negotiorum stricti iuris in eo inuenisse putant, si ex mora in negotio leges vsuras negent. Venit inde, ut mutuum atque promutuum seu indebiti solutionem et alia propterea negotiis stricti iuris adnumerent. Sed quantum concedam, iudicem in his stricti iuris negotiis nihil adjudicare debere, nisi quod promissum et strictissime verbis conventionis inhaerendum; hinc, si vsurae non promissae, nec in iudicando rationem illarum iudicem habere posse; tamen nunquam adfirmem, criterium esse verum negotiorum stricti iuris, sed et in aliis negotiis bonae fidei

A 2

idem

idem obtinere posse, quamvis ex alia causa. Hinc neque mutuum, neque promutuum negotiis stricti iuris adnumerare, quod plerumque ab aliis fieri solet.

§. II.

Videamus primum, quae causa fuerit, cur in mutuo usurae non venerint. Patet ex CAIO in *Instit. L. II. T. IX.*
 §. 1. *Obligationem re contrahit, quoties aliqua cuiuscumque mutuo damatur, que in his rebus contingunt, quae pondere, numero, mensuro continentur, hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut aes, ferrum, argentum, vel aurum. Quae omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, et ad nos statuto tempore non ipsae res, sed aliae eius naturae, quales datae sunt, atque ipsis ponderis, numeri vel mensurae reddantur.* Credimus itaque alteri res fungibles ea intentione, ut res acceptas reddat, sed alias eiusdem naturae, non vero, ut lucra quaeramus credendo. Secus in foenore, quod lucri quaerendi causa exercebatur. Videntur itaque variae esse causae, quare usurarum ratio non habita in mutuo. Non enim principaliter in eo ad pecunias tantum respiciebatur, sed in genere ad omnes res, quae pondere, numero mensuraque emetiebantur, quarum rerum una species tantum erat pecunia. Iam vero, cum in dijudicandis questionibus circa mutuum ortis non ad speciem quandam rei mutuo datae, sed ad totum genus scil. ad res fungibles esset respiciendum, frustra utique quaerebatur de usuris, quae tantum ad pecuniam sese referebant. Quae enim usurarum ratio, si vinum, oleum, cera mutuo dara et vinum, oleum, cera eadem quantitate reddenda. Si ergo usurae non debebantur in mutuo, non ea ratio, quod esset stricti iuris, sed quod obiectum non adesset, quod usurabile non erat.



ras reciperet. Pecuniae enim tantum in mutuum veniebant, quatenus numero emetirentur. Dein aliud negotium romanis erat, quod nummis peragebatur, scil. foenus, cuius natura, ut usurae praestarentur; vnde etiam toties Rempublicam Romanam foenebre malum vexauit, unde tot leges de foenore latae. Coniicio itaque, Romanos mutuum magis ad regulas familiaritatis atque amicitiae ponderasse, cum foenus potius studiis acquirendi accenserent. Hinc illud gratuitum proprius erat, quod vix honestum videbatur, ut ex officiis humanitatis praestitis lucrum quaereretur. Permittebant tamen, ut alter alteri ex gratitudine propter sortis usum concessum usuras stipulari posset. Hinc, si promissae non essent, nec iudex usuras adiudicare poterat, cum dantis mutuum amica intentione fuisse, ut alter gratis vteretur. Neque, quae in contrariam sententiam adferuntur, qua ex stricti iuris negotii indole hanc liberationem ab usuris deducunt, me ab hac sententia deducunt, cum in credenda pecunia haud raro stipulatio intercederet, quod coniicio ex PAULO in L. 30. ff. de reb. cred. L. 36. eod. L. 37. eod. qua efficiebatur, ut dein stricti iuris ratio habenda. Praeterea Romanos vere ad intentionem respexisse, an lucri querendi causa alteri pecunias crediturus sit, an vero tantum ex amica ratione, videor coniici posse ex L. 4. princ. ff. de Reb. cred.

§. III.

Facile patet exinde, quid sentiendum sit de hodierno usu, an adhuc mutuum in se sit gratuitum? Si enim et apud nos mutuum in rebus consistat, quae pondere, numero et mensura emetiuntur, usurarum in eo ratio habenda non est. Et cum id, quod generi conuenit, speciei quoque conueniat necesse est, mutuum in pecunia vero species

tan-



tantum mutui, hinc nec *vsurae* peti possunt, nisi promissae.

§. IV.

Iam applicemus hoc ad *promutuum seu indebiti solutionem*. Non altius hic repetam, quae de indebiti solutione dici possunt, quae facile ex quoouis compendio constabunt. Satis est, requiri, ut et is, qui indebitum soluit, erret non minus atque ille, qui indebitum solutum accipit. Promutuum dixerunt Dd. forsan non omnino falso, quippe, sicut ea negotia, quae quasi contraetibus adnumerantur, cum vero aliquo contractu comparantur, (vox enim *quasi* semper comparationem denotat,) quod et obseruavit BOEHMERVS de *Actionib. Secl. II. Cap. VI. §. 2.* ita et comparari potest solutio indebiti rei fungibilis cum mutuo, atque ita condicō indebiti cum conditione certi ex mutuo. Mirum vero non est, quod controversia enata sit, an si, quod indebite solutum repetatur, *vsurarum ratio* habenda sit.

§. V.


Vulgo adfirmant, in conditione indebiti *vsuras* non peti posse, idque adfirmant autoritate L. i. C. de *condic. indebiti*, quae expresse continet: *Vsuras eius summae praestari tibi frustra desideras, actione enim conditionis ea sola quantitas repetitur, quae indebita soluta est.* Inde nonnulli arbitrati sunt, in hoc negotio strictum ius obseruari. Sed, sicuti supra monuimus, ex eo, quod *vsurae* non possint exigi, nisi promissae, non indistincte deduci posse negotium stricti iuris; ita PAULVS in L. 15. ff. de *cond. indeb. naturalem* vocat, quod idem, atque si *stricto iuri* opposuisset, et PAPINIANVS

NIANVS in L. 66. ff. eod. expresse scribit: Haec *condicō*
ex bono et aequo introducta. Nec attendenda est distinctio,
quam RITTERSHVSIVS ad §. 28. I. de Actione excogitauit,
quae idoneo destituitur fundamento recteque refutatur a
BOEHMERO de Actione. Sez. I. Cap. III. §. 3. n. q. Concludo
ergo, conditionem indebiti esse bonae fidei iudicium,
nec tamen usuras peti debere, ut est in all. I. i. C. de cond.
indeb.

§. VI.

Sed iam Causam quaerimus, quare usurarum ratio non
veniat in conditionem. Patet ex LL. conditionem
indebiti non inuentam esse de pecunia indebite soluta, sed
de omni eo praestito atque dato, ad quod petendum alte-
ri, ne naturalis quidem obligatio esset, vel lege esset illa
obligatio prohibita, ut in feminis ex fideiussione soluente
contra SCrum Vellejanum. Hinc POMPONIVS in L. 7.
ff. de cond. indeb. scribit: *Quod indebitum per errorem soluitur,*
aut ipsum, sc. si non in re fungibili consifcat, aut tamundem
si fungibilis res indebite soluta, repetitur. Sic IDEM in L.
19. eod: Si putem, me Stichum aut Pamphilum debere, cum Sti-
chum debeam, et Pamphilum soluam, repeatam, quasi indebitum
solutum. Inde generalem regulam firmat PAPINIANVS
in L. 54 eod: Ex his omnibus causis, quae iure non valuerunt,
vel non habuerunt effectum secuta per errorem solutione, condi-
cionis locus erit. Quiae cum ita sint, si generaliter concepta
sit ad omnes causas conditionis, quae indebitam dationem
aliquam atque praestationem continent, neque ad solas
nummorum indebitas solutiones composita, fieri pla-
ne non potest, ut usurarum ratio habeatur in ea, neque a
iudice adiudicari queant, quippe non hic ad nummos, sed
ad solutionem per errorem indebiti tantum respiciatur.

Et



Et, quod eo magis verum, cum ICtri cum mutuo, quod gratuitum sit, comparent, in quo vsurae non veniunt, sic nec in hac conditione, si nummi indebite soluti, venire queunt.

§. VI.

Quare concludimus, errare eos, qui putent, cum hodie differentia inter iudicia stricti iuris et bonae fidei exulet, in conditione indebiti vsuras adjudicari posse. Cum enim ne Romanis quidem esset stricti iuris iudicium, nec tamen vsurae adjudicatae, neque eae causae, quas dedimus, apud nos cessent, magis iuri conueniens puto, nec apud nos hodie ob indebita solutam pecuniam vsuras peti posse.

T A N T V M .



VD18

ULB Halle
007 208 200

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Farbkarte #13

25

1770 28

QVAESTIO CONTROVERSA

A N

IN CONDICTIONE INDEBI- TI VSVRARVM RATIO HA- B E N D A

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA.

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISEBURG,
S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE XII. MAI. ANNO C I C I O C C L X X .

P V B L I C E D E F E N D E T

CHRISTIANVS AVGVSTVS KOEPPPEL

WVRZENS. MISN.

L I P S I A E
L I T E R I S R V M P F I I S

